

A nata re turbatum in castra compellunt, vallum inde subeunt, vertuntque omnem in se exercitum. Certatum nonnihil est ancipiti Marte: postremo Hispani multitudine victi ad unum cœduntur. Qua suorum clade animaduersa, iuvenes qui in vrbe erant, imbellem multitudinem ferro conficiunt, pyram incendunt, incensa se ipsos cum armis iniiciunt. Superuenit Romanus victor crudelissimo spectaculo. Multi qui cupiditate inter fulgentis auri proximè rogum adière, vrgentis à tergo multitudinis impulsu partim igni correpti sunt, partim insigniter ambulati. Hunc Astapenses exitum habuere. *Sab. l. 5. Ennead. 5.*

B CLEOMENES Leonidæ F. Spartanorum rex, victus ad Selsiam ab Antigono, cum amicis in Ægyptum fugiebat. Vnus ex amicis Therycion nomine, vir spectatæ fidei & fortitudinis Cleomeni consuluit, vt viros se præstarent, nec victorem Antigonom fugientes, Ptolemæo spontè seruirent, sed gladiis suis sibi ipsis manus inferrent. At Cleomenes non sibi, sed patriæ se superesse dicitans, & mortis metu mortem sibi vltro consciscere, non fortis, sed insani hominis esse iudicans, Therycionis institutum grauerè reprehendit. Therycion, vt primum opportunitate habuit à Cleomene digrediendi, deflexit per litus, ibique semetipsum confodit. Cleomenes ad Ptolemæum abiit, & ab eo benignè susceptus fuit. Eo mortuo Philopator filius circumuentum calumnias Cleomenem carceri inclusi liberiois. Id agrè ferens Cleomenes, facta cum amicis tredecim eruptione, cum frustra ad libertatem Alexandrinos vocasset, & aliquos amicos regis interfecisset, auctor focis fuit, vt sese mutuò interimerent. *Plut. in Cleomen.*

C AXIOTHEA, Nicoclis regis Cypriorum vxor, magna multitudinè militum, veniente ab Ptolemæo Ægypti rege, ad occupandum regnum, cum Nicocles vitam laqueo finisset, fratresque eius sibiipfis mortem consciscissent, ipsa mortuorum virtutes æmulata est, foroteseque eorum ac matres, vxoresque conuocauit, & iis persuasit, ne quid indignum genere committerent. Quæ persuasæ, foriter ianuas muliebris aula concluserunt, recurrentesque ad recta, multitudine ciuium confluenta liberos quos in vlnis ferebant, interfecerunt, & igne rectis iniecto, alia gladiis semetipsas occiderunt, alia confidenter in flammam insipientes, perierunt. Axiothea verò ducem, se in periculis optimam præstabat. Cum enim videret omnes egregie iacere, tum etiam ipsa summissò gladio per eadem se in flammam coniecit, vt ne mortuo quidem corpore hostes potirentur. *Polyen. l. 8.*

D THEOXENA mulier Thessala, cuius maritum Philippus Macedoniæ rex Persæi pater interfecerat, cum sororis filij à Philippo ad carcerem & ludibrium deposcerentur, molita mulier cum pueris fugam, vbi se & suos venturos esse vidit in hostium potestatem, quos fallere non potuit, sibi & pueris mortem consciscuit. *Sab. l. 5. En.*

Sarnij Galli Alpium accolæ, à Q. Martio Rege obsessi (à quo postea Narbona condita, Narbo Martius dicta fuit) cum nullam libertatis spem superesse viderent, interfecit liberis & coniugibus, se cum omni prædigni absumendos obiecerunt, anno V. C. 636. *Entropius l. 4. Orosius l. 5.*

D THEOGENES Numantinus, perditis & afflictis rebus Numantinorum, cum omnes eius ciues nobilitate, pecunia, honoribusque superaret: vicum suum, qui in ea vrbe speciosissimus erat, incendit, protinusque strictum gladium in medio posuit, ac binos inter se dimicare iussit, vt victus, incisa ceruice ardentibus rectis superiaceretur. Qui cum hac ratione mortis omnes absumisset, ad vltimum seipsum flammis immisit. *Val. lib. 3. cap. 2.*

Carthagine capta, Vxor Hasdrubalis, exprobrata marito impietate, quod à Scipione soli sibi impettare vitam contentus fuisset, dextera læuaque tres communes filios mortem non recusantes trahens, incendio se flagrantis patriæ obiecit. *Idem.*

Fusus à C. Mario Cimbris ad Athesin, cum Romani eos ad castra persecuti essent, inciderunt in horrendissima spectacula. Fœminæ consistebant in planstris pullatæ: fugientesque, hæ viros, illæ fratres, parentes alia interficiebant: infantes suis strangurabatur manibus, & sub rotas iumentorumque pedes proiecebant, mox trucidabant semetipsas. Vnam memorant ex summo dependisse remone, quæ pueros ex cruribus suis annexos laqueis hinc inde suspenderat: viros arborum inopia cornibus bouum, alios cruribus adalligasse colla, mox

eos stimulasse, quod exilientibus bobus raptati & obtriti interirent: qui quanquam ita sibi conciliarent mortem, capti sunt plus quadraginta milia. Cecidisse bis totidem referuntur. *Plut. in Mario.*

Cantabrice mulieres bello Cantabrico filios, ne in hostium manus peruenirent, necauerunt. Puer quidam, cum parentes ac germani captiui, vinculis adstricti iacerent, eos omnes neci tradidit. Ita enim pater iusserat, oblato ferro. Idem fecit mulier iis, qui secum capti fuerant. Quidam intra vinosorum conuiuium inuitatus, supra rogum sese coniecit. *Strab. lib. 3.*

Bello Iugurthino Thala vrbs, vbi Iugurtha thesauri erant à Metello Coss. quadraginta amplius, dies oppugnata est. Oppidani fessii, vbi disiectis muris apparuit oppidum paulò post captum iri, omni auro precioaque veste in regiam domum compositata, vino & epulis graui, subiecto igni sese cum tota domo, & omni gaza incendio consumpsertunt, atque penas quas ab hostibus metuebant, ipsi volentes pependerunt. *Sab. lib. 2. Ennead. 6.*

G Obsidebat M. Brutus Lycios intra Xanthi muros, postquam Cæsarem interfecit Xanthij machinas quasdam adorti nocte sunt, ignemque eis ingesserunt: sed reiecti sunt, re ab Romanis animaduersa ad muros. Ventus verò acrior in pinnas muri concitauit flammam, quæ proxima comprehendit adificia. Hic timens vrbi Brutus, imperauit militibus, vt ignem extinguerent, & open ferrent vrbi. At Lycios ingens subito inuasit & incredibilis ad desperationem ardor, quam maxime mortis desiderio comparat. Nam cum pueris & mulieribus liberi & serui omnis ætatis hostes petebant ex muris eos, qui ad reprimendum succurrebant incendio. Ipsi arundinem, materiam, & omne igni aptum fomentum ingerentes trahabant in vrbem flammam, & eique quamuis materiam subiiciebant, atque eam omnibus modis excitabant augebantque. Postquam diffusa flamma & vrbem vndique amplexa ingens eluxit: anxius ea re Brutus, circumuectus foris muros est ad optulandum, manufque ad Xanthios porrigens precabatur, vrbi vt parcerent, eam confutarent. Verum nemo auscultabat ei, imò perdebant omnibus modis semetipsi: non viri modò & fœminæ, sed parui etiam pueri cum vociferatione & vlulatu partim insiliebant in ignem, partim superne precipitabant sese ex muro, pars parentum gladiis nudos offerebant iugulos, hortabanturque ad hauriendum eos. Conspecta est vrbe absumta dependens ex laqueo mulier, quæ mortuum puerum ex collo suspensum haberet, & ardenti face inflammarer domum. Quod cum spectaculum appareret tragicum, non sustinuit id Brutus contemplari: sed vbi nunciatus ei est, illacrymauit, præmumque pronuntiauit militibus, quisquis hominem Lycium seruasset. Centum quinqueaginta duntaxat memorant fuisse, qui non refugere salutem, teste *Plut. in Bruto.* Bis antea Xanthij libertatis causa à seipsis consumti dicuntur: semel quum ab Harpago Medo Cyri præfecto subacta Caria (vt *Herod. l. 1.* testatur) oppugnanti sunt: mox verò cum Magni Alexandri armis premerentur, tantum regem, & cui se postea totus oriens submitit, aspernati. *Sabell. lib. 8. Ennead. 6.*

H P. SCIPPIO, infeliciter Cn. Pompeij generi sui defensis in Africa partibus, classe Hispaniam petens, cum animaduertisset nauem, qua vehebatur, ab hostibus captam, gladio præcordia sua transuerberauit: ac deinde prostratus in puppi, quærentibus Cæsarianis militibus. Vbi nam esset Imperator? respondit, Imperator bene se habet: tantumque eloqui valuit, quantum ad testandam animi magnitudinem satis erat. *Valer. lib. 3. cap. 2.*

P. CRASSVS eo prælio, quo infeliciter M. Crassus pater contra Parthos pugnavit, collem quendam fugiens occuparat. Erant cum eo Græci duo, qui eo in tractu Carras colebant, Hieronymus & Callimachus. Hi suadebant ei, vt cum ipsis subduceret se & confugeret Ichnas oppidum partium Romanarum, quod non procul aberat. Verùm ille nullam ait tam acerbam occusuram sibi mortem, cuius ipse metu deserturus esset illos, qui sua causa occumberent, iussosque vt suam ipsi salutem expedirent, complexu dimisit eos. Mox quod impotens manus esset telo traiecta, latus armigero præbuit, & haurire iussit. Pari fato aiunt cecidisse Censorinum virum Senatorium. Megabacchus vir fortis, semetipse interemit, similiter nobilissimi quique, Residiosus, subeuntes barbari collem, contis confodere pugnantes. Viui non amplius